


Ec. 13. 4to



15



PROPEMPTICA  
IN DISCESSVM  
REVERENDI ET ORNA-

*tis: viri, eruditione & pietate prestantis, Do-*  
*mini M. DAVIDIS BRAMERI Brun-*  
*suicensis, Diaconi Ecclesia VVitebergensis,*  
*vocati ad officium Pastoris in*  
*oppido Pesenick.*

Scripta ab Amicis.



VVITEBERGÆ

*Excudebant Clemens Schleich & Anto-*  
*nius Schöne.*

ANNO M. D. LXXIII.

*E. Schöne*





PROPEMPTICON.

**Β**ριγένεια θεὰ πρόσβουρον μακρὸν ὄλυμπον,  
 ἔκφερε καὶ φέγγε χύσεον ἠριπόλης.  
 καὶ νεφεληγερετὰ νεφέλας νῦν εἰσαγε λαμπράς,  
 Ἄιολε καὶ τῶν ἱκμηνορ οὐρορ ἴα.  
 δαίμονες ἀμβρόσιοι μαλακάς δείκνυδι γαλήνας,

οἰχεται ὡς ἡμαρ τὸτο γαλιωρ ὄλορ.  
 ὦ ἐμέθερ ξενὸς βιάσει τῶτοισι κορύμβοις,  
 ληψύμμε σὺν εἰοί τέκνα καὶ ἡμ ἄλοχορ.  
 πρὸς κῆνορ θῶκορ πῶ πρόσθερ κλήρ ἐκῆνορ  
 ἠκαδερ, ἀσκῆσερ ἀντόθι ῥήμα θεῶ.  
 ὅκκα γὰρ ἐν σμικροῖς αἰερ θεὸς ἔυρερ ἐκῆνορ  
 πισὸν, νῦν αὐτῶ πλείονα συσατέει.  
 ὡς ἐν τοῖς πλείοις τῶτοις δοκιμάζεται αὐτόρ,  
 οὐκ καὶ ἐν τῶτοις ἔσεται ὡς τὸ πάρ.  
 ἀλλ' ὅταρ ἐν ταλάνωρ ἀνθρώπων ἀνικυρία  
 οὐ κῆται χρισῶς ῥήμα θεῶ ἀγέμερ:  
 καὶ χωρὶς χρισῶς τελεία φροντίς τε πόνορ τε  
 μηδερ, καὶ ἔργορ μηδέτι ἐτυχεῖα:  
 ναύω χρισέ κίρ θεῶ υἱέ ὅπως θεραπυτή,  
 τῶδε ποῖο παρῆε πνεύματι σε ἀγίω.  
 ὡς ἐν τῆ τάξει ἐῆ αἰερ τῶτόγε πρᾶπῆ,  
 ἀνδάνει ὅτι παρῆ, καὶ τε οὐκσι βροτόις.  
 νῦν δὲ ἐπεὶ ἀλίαρ μακρὰρ ἐσελεύσετ' ἐκείνω  
 πρῶτω ἐν ταύτῃ ἀνδρα ποδηγέτε.  
 καὶ ὅταρ ἐνσήσας ἀδινῶς εἰς θῶκορ ἐκῆνορ  
 σὺν τέκνοις τ' ἀλόχω κτήμασι καίγε ὄλοις:  
 οὕτως σε ἀγίω εὐθῶερ πνεύματι αὐτόρ,  
 οὐδένα ὡς ποιῆ πρᾶγματα πλημμελέα.  
 ἀλλὰ δὲ ἀκροατὰς οὖς αἰερ κῆνα διδάσκερ,  
 ὦρ αὐτοὶ δῶνται εἰς ἀλεωρᾶρ ἐλῶ.  
 σὰς βράμερ ὄω εὐχὰς τῶταίς εὐχῆσι προσάπῶρ,  
 ἄε κατακτέμνωι χρισὸρ ἀνακτ' ἀμαρῶ:  
 βάσῃ ἴθι νῦν γαλερός θεὸς οὐ σέθερ αὐτὸς ἰάλλε,  
 πλήροε ἐνορ καὶ ἐπίταγμα πόρ.

Α ἢ σεμνή

σεμνή σὴ γαμέτις δῆρον μιννάζη ἄνεσθι,  
 τέκνα τε μέμνωσιρ φίλτατα δὴν ἄνοσα.  
 οὐρανόθεν κε θεός διδότη σοὶ νῦν θοράποντας,  
 ὡς ἀλέγωσι σέθεν πανταχῶς ἠδὲ ἀεὶ.  
 κίεροςθ ὡσε γόνυς τῶ πρῶτηρ πεμπέλθ ἠγῆς,  
 καὶ πρῶτῶν τε πειρῆς ἢ κε μλύη γονίως.

Bartoldus Luthers Brunsvicensis F.

ALIVD.

**V**Atis Iessai sanctus, vir docte, Camænis  
 Dedite, pars animæ, David amande, mea.  
 Iam ne peregrinas abitum meditaris in oras?  
 Pessimium fausto sydere iam ne petis?  
 Vade bonis auibus, quo te diuina voluntas  
 Impetus atq; animi duxerit iste noui.  
 Mittit Apostolico te Christus more vocatum,  
 Huc ubi Pessimius sydera tangit apex.  
 Vera renascentis populo documenta salutis  
 Sparges, assueto, vir reuerende, loco.  
 Hac ita propitio dum singula numine fient,  
 Inq; tuo fortis munere miles eris.  
 Cum gemitu aspicias multos erroribus actos,  
 Longius à recta degenerasse via.  
 Sicut in obscura malecautus nocte viator,  
 Nescit ubi figat per loca cæca, pedes.  
 Anxius & Solis tantum desiderat ortum,  
 Tutius ut recto tramite carpat iter.  
 Sic dum vesanis præbent clamoribus aures,  
 Et meritò fiunt fabula vana viris.  
 Nunc etiam in tenebris animo dubitante vagantur,  
 Atq; ducis veri destituuntur ope.

DVX

D V X pie, diuini succensa lampade verbi,  
Vndiq; palantes collige, pastor, oues.  
Mentibus instilles pietatis semina, vt inde  
Noscere vera quidem, falsa cauere queant.  
Ite procul tandem, scelerata mente, latrones  
Qui noua perpetuo fingitis, ite procul.  
Tempus erit, vestrum cum iusti vindicis ira,  
Puniet admissum cum grauitate scelus.

At vos Peshnicij venerandi ex ordine ciues,  
Discite mente pia munera nosse Dei.  
Suscipite vnanimis Christi sacra verba professum,  
Ipse sit in vestro duxq; caputq; choro.  
Edita fatidicis patribus promissa disertè  
Et vera didicit, cum pietate fidem.  
Ipsi etiam vita sunt ornamenta modesta,  
Nullus ei (certò credite) fastus inest.  
Nouit id assiduis diues Sternberga fluentis,  
Leucoris alma etiam tu mihi testis eris.  
Legit vbi sanctum magna cum laude volumen,  
Iosua siue tuum, seu quoq; Iona tuum.  
Hunc vos, vnanimi, venientem, fœdere, ciues  
Suscipite, aeterna præco salutis erit.  
Tu quoq; Psalmographum, Reuerende Bramere Prophetam  
Nomine qui proprio, req; referre potes.  
Arripe propositum felix, iter auspice Christo  
Is sit suscepta duxq; comesq; via.  
Te cupit en populus, pariter, sacer ordo, senatus,  
Quos tenet aduentus spes diuturna tui.  
Post vbi contigeris gratam cum pace Sareptam,  
Esse mei poteris, dulcis amice, memor.

Iohan Cepusius.

ALIVD, CVM ANTE AN.  
NUM VOCARETVR VVITEBER-  
gam ad officium Diaconi.

**M**Anè erat, & roseo genitrix iam Memnonis ortu  
In terras rutilum sparserat alma iubar.  
Cum virides meditans Albis spaciabar ad oras,  
Hisq; brevis, dictis tædia fallo viæ.  
Volve coloratas iam nunc Pater Albis arenas,  
Te magè nanq; decent, quas uehit Hermus, opes.  
Scilicet hinc totum diffunditur orta per orbem  
Unda, grauem populis quæ leuat hausta sitim.  
Te pater Eridanus proprijs præferre fluentis  
Non dubitans, primo cedit honore tibi.  
Maximus assurgit fluuiorum Rhenus, & ipse  
Herbas supplicibus porrigit. Ister aquis.  
Cedite priscorum celeberrima carmine vatum  
Flumina, hic innumera: continet Albis opes.  
Nectare Dii superi celebrantur iure Poëtis,  
Scilicet æternos quod facit esse dies.  
Vera loquor, potus generosus hic ille Deorum est,  
Hic nos luce facit, sine carente, frui.  
Hæc ego: cum strepera nemus omne perhorruit aura,  
Et salices motis contremuere comis.  
Ecce suos medio tollit de gurgite vultus  
Albis, & è vitreis protinus exit aquis.  
Forma Dei talis, qualem decuisse putares,  
Ut qui fluctuagas suetus habere domos.  
In cano madidi stillabant vertice pilj,  
Omnis & à lymphis rorida barba fuit.  
Ore grauis, vultus & maiestate verendus,  
Integra, & à nullis torua senecta plicis.  
Ad me conuersus tandem sic ora resoluit,  
Exponens dictis mentis operta suæ.  
Sim licet indignus tantis qui laudibus orner,  
Non tamen aspernas munus amice Dei.

Est



Est ita : præclaris voluit nos dotibus auctos,  
Atq; locum celebres inter habere, Deus.  
Quin magnas hoc Dñs superis pro munere grates  
Reddimus, & grata carmina mente damus.  
Vidimus hac magnum pugnantem sede Lutherum,  
Ausonij contra castra nefanda Papæ.  
Hac caput exeruit sublime ex arce Melanthon,  
Ille Medusæj gloria magna chorj.  
In nostrum primus, Latium, qui transtulit orbem,  
Magnaq; doctorum Græcia quicquid habet.  
Hos series sequitur multorum ex ordine longa,  
Quis curæ est pietas, Herba, vel ipsa Themis.  
Et licet hos latices, furijs impulsus Auernj  
Stercoribus turbent ille vel ille suis,  
Attamen illuies, istos, non inquinat Orcj,  
Non minus & puris Albis abundat aquis.  
Sunt mihi, sintq; precor, veræ pietatis alumnj,  
Quæq; sonet sanctam, plurima turba, fidem.  
Et velut alternis, acie, succeditur armis,  
Alter & extinctj pergit inire locum.  
Sic mihi, sic, serie non deficiente, supersunt,  
Qui sanam doceant, & sine fraude, fidem.  
Et, nisi me fallit longa experientia rerum,  
Et nouus hoc, verbj, mense minister erit.  
Illius à sacro fundantor flamine corda,  
Et pia sint ipso pectora plena Deo.  
Educet vt veros surgens Ecclesia fœtus,  
Atq; ista celebret pro pietate Deum.  
Dixerat, & patulis mersum caput abdidit vndis,  
Postq; ipsum fissæ clausus hiatus aquæ.

At ego dum meditor, correptisq; auribus asto,  
Nec res visa mihi congruit ipsa satis :  
Audio. Bramerus deinceps sacra pulpita scandet,  
Et sparget verbj semina ritè Dej.  
Quà sonuit quondam vox non obscura Lutherj,  
Illius & latè clanguit vnde tuba.

Albidos

*Albidos hac de re monuerunt scilicet vnda,  
Futilis haud falsum lingua locuta Dei est.  
Iam video niuea vestitum sindone corpus,  
Quæ pura mentem religionem notat.  
Iam video sacra præcinctum tempora myrto,  
Iste bonis cultus vatibus esse solet.  
Quin & mole graui, diuina oracula, libros  
Assidua versat sedulus ipse manu.  
Maesta animi virtute, pio, Bramere, laborij  
Præficeris : mentis robore maeste tuæ.  
Munus id auspicijs capias felicibus, opto,  
Adsit & ætherea Flatus ab arce tibi.  
Aspiretq; pijs præsentem numine cæptis,  
Ne labor in Domino vester inanis eat.*

*Andreas Schulerus Transf.*



Cl 4160

ULB Halle


3


003 485 978



mc








15

PROPEMPTICA  
IN DISCESSVM  
REVERENDI ET ORNA-  
*tiss: viri, eruditione & pietate praestantis, Do-*  
*mini M. DAVIDIS BRAMERI Brun-*  
*suicensis, Diaconi Ecclesiae VVitebergensis,*  
*vocati ad officium Pastoris in*  
*oppido Pesenick.*

Scripta ab Amicis.



VVITEBERGÆ  
*Excudebant Clemens Schleich & Anto-*  
*nus Schöne.*  
ANNO M. D. LXXIII.

E. Schöne